


S.^{MI} D. N.

D. VRBANI

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E V I I I .

*Declaratio quod per alienationem quorumcunque locorum
in Statu Ecclesiastico existentium non censeatur translatus
in acquirentem titulus Ducatus, Principatus, Marchio-
natus, vel Comitatus, locis huiusmodi annexus, vel in
eis erectus, vel illum transferendi data facultas, nisi in
licentia alienandi id expresse concessum fuerit.*



R O M Æ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

M D C X X X I X .



R. 93982

2. M. D. N.

D. V. R. B. A. N. I.
D. I. V. I. N. A. P. R. O. V. I. D. E. N. T. I. A.
P. A. P. A. E. V. I. I. I.

Decretum quod per alienationem parochiarum locorum
in statu Ecclesiastico existentium non cessent transferri
in aliquem unum Dignitatis, Principatus, Magni
scilicet, vel Comitatus, loci iurisdictionis, canonice, vel in
alio ordine, vel illius transferendi hinc factum, nisi in
licentia alienandi id expresse concessum fuerit.



R O M A,
Ex Typographia Reuerendae Camerae Apostolicae.
M D C X X I X.

R. 3333

VRBANVS PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam .



VM rationi minus consentaneum sit, vt translato in alios dominio Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in statu nostro Ecclesiastico existentium, ac honoris, & dignitatis titulis plerumquè non tam sui, quàm illa possidentium, vel maiorum ipsorum intuitu, & contemplatione ob præclara eorum erga Romanos Pontifices, & Sedem Apostolicam, Christianamquè Rempublicam merita decoratorum, ipsi quoquè tituli huiusmodi quasi accessoriè translati censeantur; Hinc est, quod nos Motuproprio, & ex certa scientia, maturaquè deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, declaramus,

A 2

& de-



& decernimus, quod de cæterò perpetuis futuris temporibus per quamcumque Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumquè locorum in statu nostro Ecclesiastico mediato, vel immediato existentium, venditionem, & quamuis alienationem, etiam alienationis latissimè sumpto vocabulo, non censeatur in emptorem, & quemlibet alium quocumquè titulo lucratiuo, vel oneroso, & aliàs quomodolibet acquirentem translatus titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, nec titulum huiusmodi transferendi data facultas, etiamsi titulus huiusmodi Ciuitati, Oppido, Castro, Terræ, vel loco vendita, seu vendito, & alienatæ, seu alienato annexus, seu in ea, vel eo erectus esset, nisi in licentia Apostolica vendendi, & alienandi iuxta constitutiones sæcl. rec. Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac nostras omnino prius obtinenda specificè, & verbis expressis translatio tituli huiusmodi cōcessa fuerit, præsentibus quoquè litteras quouis prætextu, vel causa de subreptionis,



nis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, retractari, in ius, vel controuersiam vocari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, plenamquè roboris firmitatem obtinere, sicquè & non aliter in præmissis per quoscumquè; Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici, & curiæ Camera Apostolicæ generalem Auditores, & dictæ Camera Clericos Præsidentes, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac eiusdem S. R. E. Camerarios, Ciuitatumquè Oppidorum, Castrorum, Terrarum, & locorum huiusmodi Gubernatores, & Magistratus quomodolibet nuncupatos nunc, & pro tempore existentes, ac quosuis alios quacumquè auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obsta[n]t præmissis, ac constitu-

tio-



tionibus , & ordinationibus Apostolicis , ac
quatenus opus sit , nostra de iure quæsito non
tolleñ , & alijs Cancellariæ Apostolicæ regu-
lis , legibus quoque Imperialibus , & municipi-
palibus , ac quorumuis locorum etiam iura-
mento , confirmatione Apostolica , vel qua-
uis firmitate alia roboratis statutis , & consue-
tudinibus etiam immemorabilibus , priuile-
gijs quoque indultis , & litteris Apostolicis
quibusuis locis , & personis quomodocum-
què nuncupatis , ac qualitercumquè qualifi-
catis , etiam speciali nota , & mentione dignis
sub quibuscumque tenoribus , & formis , ac
cum quibusuis etiam derogatoriarum dero-
gatorijs , alijsque efficacioribus , & insolitis
clausulis , irritantibusquè , & alijs decretis etiã
Motu , scientia , & potestatis plenitudine si-
milibus in genere , vel in specie , ac aliàs in
contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis , confirmatis , & innouatis . Quibus om-
nibus , & singulis etiamsi pro sufficienti illo-
rum derogatione de illis , eorumque totis te-
noribus specialis , specifica , expressa , & indiui-
dua , ac de verbo ad verbum , non autem per
clau-



clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Maij M. DC. XXXIX. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

M. A. Maraldus.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo nono, die vero decimatertia mensis Augusti supradicta littera affixa & publicata fuerunt in Valuis Basilica S. Petri de Vrbe, ac Cancellaria Apostolica, & alijs locis solitis, & consuetis Urbis per nos Fuluium Marzitelium & Carolum Pelosium Sanctissimi D.N. Papæ Cursores.

Pro D. Magistro Curforum Antonius Bardus deputatus.



claritas generalis idem importantes men-
tio, seu quavis alia expressio facienda esse,
aut aliquid alia expressio forma ad hoc ser-
uanda foret, illorum omnium, & singulorum
tenores praesentibus pro plene, & sufficienter
expressis habentes, illis alia in suo robore
permanens, ad praesentium effectum spe-
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque
contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud
Sanciam Mariam Maiorem sub Anno Pis-
catorie, die 17. Maij. M. DC. XXXIX.
Pontificatus Nostri Anno Decimo sexto.

M. A. Maraldus.

Quo in Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo
trigesimo nono, die vero decimatercia mensis Augusti, supradicta
litterae officii & publicae fuerunt in Vrbis Praefecturae. Petri de Vr-
be, ac Sanctae Romanae Ecclesiae, & eiusdem Urbis solius & consistitiae Vr-
bis per nos Praefectum & Carolum Pelotum Secretarium
D. N. Papae Curatorum.

Pro D. Magistro Censorum Antonius Bardus deputatus.

